

# Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon. Prieurés et dépendances des origines à 1300. Tome premier., 66

Igitur quicumque de rebus ecclesiarum Dei ad propriam possessionem utiliter commutare vult, oportet ut utreque partes provideantur. Dedit igitur Samson partibus domino Teudbaldo pontifici a parte sancti Benigni campos duos in pago Attoarii, in villa que Elperici curtis dicitur, in fine Stabulense; qui unus campus habet terminaciones, de uno latus et uno fronte, terra sancti Sequani; de alio latus, terra Gunterii; de alio front, terra ipsius Samson; habet in longo perticas XLII, in lato perticas VI, ped. III; infra istas terminaciones, ad integrum. Alius campus habet terminaciones, de uno latus, terra Arrido; de alio latus, terra Gunterio; de uno front, terra ipsius Samson; de alio front, terra Adalsennane; habet in longo perticas XXXI; in lato, perticas II; infra istas terminatur ad integrum. Similiter e contra dedit domnus Teutbaldus episcopus ex terra sancti Benigni, partibus Samson, campum unum qui terminatur, de ambis latus terra ipsius Samson; de uno fronte strada publica; de alio front terra Tesbodi; abet in longo perticas CVII; in uno latus, perticas II; de alio latus, perticas II ped. III; in medio, perticas II, pedes VI; infra istas terminatur ad integrum; ea vero racione, ut unusquisque quod accepit, habeat, teneat atque possideat, nullo contradicente; et si qua pars pari suo aliquam calumniam inferre conaverit, non valeat evindicare quod repetit, sed has commutaciones pari tenore conscriptas firme et stabiles permaneant stipulatione subnixae. Actum Lingonis civitate, publice. Signum Samson qui fieri et firmare rogavit. S. Blitbodo. S. Arredo. S. Sucaudo. S. Maurino. S. Mariario. Signum Vualtario. S. Erlaico. S. Folberto. S. Amalrico. S. Rotberto. S. Mectardo. S. Savarico. S. Atono. Ego Hisleverdus presbiter rogatus scripsi et subscripsi, datavi, die veneris proximo II idus junii, anno XII, regnante Karolo rege.